



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Contritio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

tum est: quod etiam dicendum est de pacto de certa summa soluenda pro verisimili periculo, siue deinde sequatur, siue non.

22 Pactum iuratum non tollitur per clausulam generalem dicente, Non obstantibus, quibuscunque.

* *Vide Ang. Vers. Statutum nu. 24. Syl. eod. 14.*

23 Pactum de futura successione, etiam iuramento firmatum, non valere, quia aufert testandi libertatem, quidam aiunt, alij negant: ego valere puto in conscientia, est enim velut donatio quaedam causa mortis, seu cum conditione, ut habeat effectum post mortem.

* *Vide Syl. l. c. num. 11. Ange. Pactum. num. 13. aientem.*

Contritio, vide Confessio, Peccatum.

1 **C**ontritio est dolor de peccato, quia se Deo offensus Deus, cum proposito non peccandi de cetero.

2 Conteri tenetur quisque in actu requirente statum gratiae, adeoque in Sacramentorum ex officio administratione, itaque in mortis articulo.

* *Nau. c. 1. num. 27. Fu. Vers. Contritio. Tol. l. 4. c. 9. nu. 10. vide Lopez p. 1. c. 10.*

3 Qui se mallet mortuum fuisse, quam Deum offendisse, videtur contritus, si procedit ex motivo charitatis. * *Vide Lopez l. c.*

4 Attritio, id est, imperfectus de peccato dolor, sufficit cum Sacramento poenitentiae ad gratiam.

gratiam impetrandam. *Vide Concil. Trid. sess. 14. cap. 4.*

* *Vide Nau. l. c. num. 37. Trid. sess. 14. c. 4.*

An sufficiat cognita attritio *Lopez p. 1. c. 9.*

5 Dolor sufficiens est cum Sacramento, dolere, quod non satis doleas, itemque displicentia de peccato, cum proposito cauendi, etiam si displiceat ob timorem poenae, aut peccati turpitudinem, modo adsit spes veniae.

* *Vide Nau. l. c. num. 18. c. 10. num. 4.*

6 Non requiritur ad singula peccata singularis dolor, sed sufficit vnus de omnibus peccatis dolor.

* In confuso, quando aliud non permittit necessitas *Sot. d. 17. q. 2. art. 3. conclus. 2. vide Tol. l. 3. c. 5. nu. 2. Nau. c. nu. 22.*

De singulis peccatis singulas contritiones necessarias esse, dixerunt veteres *Alens. Rich. Palu. vide Sot. l. c. Val. t. 4. d. 7. q. 8. p. 6.* docet, secundum speciem, & numerum omnium peccata memoranda; & de ijs sic consideratis dolenda vel pluribus, vel vno contritionis actu: ab hoc non videtur discrepare *Sot. l. c. concl. 3.*

Contumelia, vide Iniuria.

OMnes contumeliae, id est, iniuriae publicae contra honorem, eiusdem sunt speciei, itemque omnes detractiones, id est, occultae contra famam iniuriae.

2 Contumelia ex genere grauior est furto: potest